



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Q. F. S. F. Q.
DISSERTATIO PHILOSOPHICA

De
PRIMO
OFFICIO

QUAM
Ex Consensu Ampl. Facult. Phil.
In
Almo Lyceo Upsalensi,

Sub PRÆSIDIO
VIRI AMPLISSIMI
MAG. JOHANNIS
CENBERG

Philos. Moral. Prof. Ordin.


*Publice disquisitioni modeste
sistit*

PETRUS TOUSCHIER
Gestricius

In Audit. CAROLINO Majori ad diem

XV. Cal. Jan. Anni M. D. CC. V.

Hora I:ma pomeridiana.



LIPSALIS, Typis WERNERIANIS.

L. Kebba.

RB23 a 11400

Borgaren och Handelzmannen
uti Geste Stad/

Ehreborne och Wälachtad/

H. ADAMS

RESPICE/

Min Högtårade K. Fader.

Högtåhrade K. Fader.

Als när iag satt hel trygg / hart
in wid Phœbi näste/
Där han med Musers Chor på
Swenska högder giäster/
Eher fläste Swea Barn åstunda am-
mar blij
Af Pallas wijsdoms miösk / och Castals
safften dij.

Då

Då tänckte jag widh mig; hwar med stall
iag bemöta

Min kärleks fulle Fahr/ som mig har welat
sköta;

Ehen ock af godt behag/ sitt hiertelag mot
mig

Har wisat rundelig/förnögt ther af och sig.
Ty rögte sig i tahl/ hwad hiertat giömde
inne/

Ut straxt i litet wärcl betyga tackfsamt sinne
Med frija Konsterns prof/ sen jag den nåd
har sådt

Ut jag så mången dag/ mig sielf at
känna nådt

Jag therför will ochså af ödmuikt / tack-
fsamt sinne/

Först Gudh/ som lifwet gaf/ nu hafwa i
mitt minne /

Sen Fahr/ i hwilken jag mitt blod seer
rotat stå/

Bör af Son - ödmuik - plickt jag och
tilhanda gå.

Ett ödmuikt hierta will jag ehr / min Fas-
der gifwa /

För all ehr Faders wård : och skal altså
förblifwa /

Från nu in til min graf/ ehuru lyckan sig
Tacks foga / den som städz will alt erin-
dra mig.

Och

Och fast jag intet kan; ty jag sielf hoos
 mig finner
 En oförmögenhet/ som ey med willjan hin-
 ner
 Alt följa/som sig bör bemöta kiärligheet/
 Dock skal jag wiisa det / at jag mig skyl-
 dig weet.
 Så beg nu gunstigt upp/ hwad ehr/ min
 kiäre Fader/
 Bärs af Son: ödmjuk- plickt i dessa rin-
 ga blader/
 Och fast mitt ödmjukt tack i annat ey
 består /
 An at jag med ehrt namm mitt wärcl be-
 prnda får.
 Dock Gudh/ som helig är / gif Farkiar äl-
 der nögder /
 Hans hierta och uppsyll med allehanda
 frögder:
 Unn honom Nestors ähr och såsom ö-
 gnesteen
 Bewaran / gifn sidst södt hwila för sin
 been!

Högtåhrade K. Faders

Lydigaste och ödmjukaste Son

P. Touschier.



DEO DUCE !

Thef. I.

Convenit Ordo rebus creatis.



Ere non minus
quam scite & em-
phatice ingeminavit
quondam Xenophon,
dum ordinem con-
cinnum hujus univer-

si secum perpenderet, dicendo : οὐδὲν
ἔτιως ἔδε εὐχρηστον, ἔδὲ καλὸν ἀνθρώπων,
ὡς ἡ τάξις : h. e. Nihil utilius, nihil
pulcrius quam ordo in rebus humanis:
Historiam enim si respexerimus univer-
si, invenire facile est Deum ipsum in
creatione & conservatione non confu-
se, non tumultuarie operatum fuisse,
A certum

certum atque constantem in omnibus entibus servasse ordinem. Ad cœlum convertens oculos, deprehendere quisvis qui non ad clarissimæ lucis radios caligat, potest, corpora cœlestia ordine esse disposita. Sol enim siderum imperator dieique lux, Luna noctis domina, & reliquæ stellæ suo non egrediuntur vortice. Ordine vices fiunt temporum, dum veris amœnitatem sequitur florida æstas, quam excipit ferax autumnus, & huic demum gelida hyems justo successionis ordine incumbit. Ordine suas vivunt ætates plantæ, suas bruta, suas homines; singula suum intendunt finem. Quod eleganter & studio Sperlingius, in de subtilitate notavit. Cui etiam manus porrigit Scaliger, dum ordinem divinam rem in natura esse, absque ordine naturam constare non posse, nihil naturam sine ordine vel meditatam esse, vel effecisse statuit. Concinno itaque ordine agunt res hæ naturales, non temere, sed propter finem aliquem, aut potius aguntur ad finem, quatenus a Deo diriguntur ad finem vel communem vel singulis præfixum. Adeo ordine ex suis causis, ma-
mate-

3

materiali & formali, res quælibet componi, ex efficiente & finali existere, concipitur. Quamquam vero admirabilis sit rerum harum naturalium in operando ordo, tamen bruta ceteris in operando præcellunt, quia ipsa finem quodammodo cognoscunt, id est, cognoscunt rem ipsam, quæ est finis, non tamen cognoscunt finem, quatenus est finis, ut loquitur Herebord: modus autem scienter & volenter agendi propter finem soli agenti rationali competit. Ex hac itaque divina institutione ordinis, etiam homo, creatura rationalis, seu Ens intelligens in suis actionibus naturalibus, artificialibus atque moralibus, natura duce, ordinem decentem & delicatum apprime servare studet. Soli quippe ei datum est, libertate arbitrii, de mediis deliberare, & si una via conatus ex voto non succedat, alia ratione ac methodo ad finem pervenire annititur, juxta Terentianum illud: *hac non processit, alia aggrediemur via*: atque hoc maxime facit ad nostri notitiam, quæ post notitiam Dei, est altera pars felicitatis in hac vita) ut recte perpendamus,

4
damus, quantum nobis concesserit natura auctor Deus præ brutis ac plantis; Nos quippe, qui finem cognoscimus, & nobis proponimus terminum ad quem, & media apta & genuina, per quæ finem ipsum expetimus, antequam ita decernebamus & deliberabamus de fine & mediis, subjectum rimabamur, cum quo postea finem obtentum componimus. Hunc vero ordinarium finem, qui negligit, & fortunæ cæco arbitrio actionum suarum eventum committit, facultatibus sibi à Deo concessis fordide & misere abutitur, quo ipso naturam humanam, quantum potest, exiit, neque longe distat a brutis, quæ solo naturæ instinctu in objecta, sensibus arridentia, feruntur, quibus etiam acquiescunt nulla habitatione boni vel mali moralis. Recte itaque Xenophon.

Thef. II.

Ordo convenit disciplinis & artibus.

ATque si jam hoc ejus ullibi locum habet, certe maxime habebit in institutione artium & scientiarum, ubi
NON

non confuse aut defultorie, sed distincte & ordinate est procedendum. Nam ut docendarum discendarumque artium seu rerum eo major & felicior sit facilitas perspicuitasque: atque ut commodius a docentibus proponantur, a discipulis facilius comprehendantur, promptius memoria percipiantur, percepta firmiter retineantur, retentaque expeditius proferantur, omnia decenti ac pulcro necesse est connecti ordine: haud secus ac domus, quibus tanto plura includuntur ac reservantur, quanto ornatus disponitur suppellex; ita etiam memoriae cista tanto capit plura, quanto magis ordinata extiterint percipienda, unde versiculi:

Ordine fac doceas, & dexter habebere doctus.

Ordine fac discas & bene doctus eris.

Hoc etiam ex primis principiis fluere certo certius est; Intellectus enim noster abhorret ab omni confusione; Ergo in omni cognitione ambit ordinem. Si itaque distincte in quibusvis disciplinis progredi possit, e re est, ut principia fundamentaque primum ponantur, deinde conclusiones justo ordine eliciantur.

Thef. III.

Ordo convenit disciplinis morum in genere.

ET non tantum in regimine naturæ & artis, sed & genere morum & officiorum omnium sedem suam & hospitium habet hoc Xenophontis allatum, scilicet: Ordinem mores amant. Ordine cuncta Dei præcepta delectantur, sic, a posteriori argumentando, probe observari meretur ordo iste, quo ipsa justitia essentialis, summus ille arbiter rerum, in legis Moralis vel Decalogi sui promulgatione de monte Sinai usus fuit, quod, scilicet, ex toto corde, tota anima & omnibus viribus amemus, veneremus, adorem Deum; quod primum erit atque præcipuum; Deinde proximum æque ac nos ipsos diligamus & quovis possibili officio inserviamus ei. Idem & Christus ipse repetit in Novo Fœdere Math. 22. v. 36. quando de primario officio cum Pharisæis disputabat; ex quo discursu, necessitas ordinis & prioritatis maxime elucet. Pari modo in civilibus, cognitio legislatoris recte præcedit.

dit agnitionem & observationem legis. Cum itaque tot regulæ emendatioris vitæ, tot præcepta morum Naturalia, Civilia & Theologica sint data atque mandata, haut quisquam immerito sollicitus est, quodnam illorum primum sit, quodque loco ponetur in imo. Non tamen existimet quispian nos hic excutere velle singula enumerata genera officiorum, quibus mutuo omnes homines, cives Christiani obstringimur. Sed de illo nunc agimus, quod ex lumine Naturæ producitur, & τὸ πρῶτον κατὰ τὴν Φύσιν λογικὴν constituit. Quando enim conferuntur præcepta singula cum singulis, publica cum privatis, religiosa cum civilibus, liberalia cum servilibus tandem statuere difficile non est, aliquod esse primum, aliquod ultimum: sed seposita nunc serie, quæ ex disciplinarum practicarum dignitate & præeminentia oritur; solum attendamus ad id, quod in tractatione Philosophica sit primo loco tradendum.

Thef.

Thef. IV.

Ordo convenit Philosophiæ Morali in specie.

Cum jam immoramur jucundæ meditationi de creaturarum natura & genio, item discrimine quod bruta inter & homines intercedit, hujus denique insigni prærogativa & ingenti præ omnibus creatis entibus præstantia, solertia, calliditate & promptitudine; nostræ contemplationi se pandit, res quædam facilis dictu, brevis auditu, sed quæ suo ambitu vastissima complectitur, quæ gravis explicatu, & difficilis est impletu. Obligationem dico & officium, quibus ad leges utilissimas & severissimas Creatoris expromulgatione atque ordine naturæ adstringimur. Hanc legem, quæ in universum omnes sine exceptione obligat, qua & Deo ipsi, & aliis congeneribus coadunamur, vocamus officium, h. e. debitam pietatis, honestatis & justitiæ inculcationem; has adeo necessarias experimur, ut citra earum notitiam & culturam mundus humanus nequeat subsistere, sed summa imis confunderentur, cuncta

et interirent ceu flammâ extincta; evanesceret quam ocyssime quicquid egregii & splendidi alit elementum rationale vel intelligibile. De necessitate hujus debiti & vinculi societatis humanæ plura nunc non addo. Verum num detur in hac sphaera aliquod primum & ab aliis ordine distinctum officium, à quo reliqua deducantur; an vero omnia inter se disparata, nulla subordinata, nobis dispiciendum est. Itaque prius affirmamus. Ad durationem quidem societatis communis, sine qua nemo beate & feliciter vixerit, & perpetuam conservationem universi, omnia æque necessaria, eundemque fructum in vita civili progerminare videntur, tamen si justiori trutina rempensitaverimus, deprehendemus primum aliquod esse ex quo reliqua fluunt. Si enim ordo perfectio quædam sit, quæque cadat in artes & disciplinas quaslibet; si etiam ordine progredi sit a principio pergere ad principiata: si denique scientifice & systematice tradere Philosophiam moralem liceat: non est, puto, ordo a philosophia morali removendus. Hæc porro offi-

B

cia

cia juxta naturam per summa capita enumeremus, & simul in trinas dispecamus classes, quarum prima Creaturas cum Creatore combinat ultimo societatis humanæ vinculo, & viam pandit ad adyta supremi Plasmatoris, ejusque notitiam in sublimitate, cultum pro bonitate, adorationem pro perfectissima eminentia, potentia, cura & conservatione fidelissima: Hunc a congenito & coævo naturæ lumine atque dictamine, submissa reverentia, promptissima obedientia & castissima pietate, amare, venerari & suspicere docemur. Hic est fons & scaturigo omnis boni, felicitatis, salutis. Sub hujus tutissimo asylo & potentissimo patrocinio contenti vivimus, secure agimus, beate floremus, valemus. Ideoque tam immensum beneficium, devotissimo pietatis affectu, sanctissima adoratione, quanta in nobis est, demereri tenemur. Huic affine est officium, quod nos ipsos concernit, & ad castum, illibatum, temperatum vitæ exercitium invitat & obligat. Quod culturam docet animæ corporisque curam. Hoc tandem excipit officium
erga

erga alios. Hoc nos instruit de non lædendo alio, seu oblique, seu directe, apertè, vel occulte, sed suo cuiq; tribuendo, majoribus, patronis, parentibus, evergetis honorandis, devene- randis, justitia exercenda, communi æqualitate hominum agnoscenda; adeoque alios ut nos ipsos amando, neminem contemnendo laceſſendoque, pactis stando, in quibusvis contracti- bus fidem sancte servando, pauperibus consulendo, lapsos erigendo & quidvis doli mali fugiendo, & humanitati & justitiæ simul satisfaciamus; reliqua of- ficia specialiora, sub hisce tribus gene- ribus comprehenduntur. Si jam ex hoc tenore consilioque officiorum res humanæ tractantur, non potest non quivis eminentioris naturæ fœtus feli- cissimo & feracissimo summi boni pro- ventu ætatem beate frui.

Theſ. V.

Quale principium Philosophiæ Moralis ponamus.

Porro cum omnis ordo tractandi a principio proficiſcatur, e re nostra esse

esse videtur, ut obiter significemus, quale principium hic constituendum sit. Nam cum apud Philosophos plura sint genera principiorum, dextere nobis aliquod inde assumendum. Ergo, cum semper fere in antecessum confusam saltem de quæsito ideam & umbratilem conceptum rei existentis oporteat adesse, hinc conjuncta ex quaestione *an & quid* lucrari tandem possum conclusionem. Idem esto iudicium de principio in cognoscendo. Licet autem principium in cognoscendo sequatur principium in essendo, id est, ita debeat res cognosci, ut est: Nos tamen hic non tam solliciti sumus de principio officiorum essendi quam cognoscendi. Itaque officiorum notitiam in sua imputativitatis & bonitatis ratione dicimus primis nostris natalibus & incunabulis coævam esse. Adeoque de *tō An?* & existentia curiosos esse nec libet nec licet, cum indelebili impressa sigillo non sinant nos, circa *existere* vacillare. Non tamen difiteor, ob mollem & immaturam adhuc organorum structuram, infantibus praxin & actum secundum non exeri; interim

intèrim tamen hæ facultates non sunt negandæ, cum saltem per modum potentialem infint, quod satis superque testantur adulti & provectiores. De pura autem negatione, bruta nobis argumenta uberrima ministrant. Sic rationem, judicium & ingenii humani activitatem quis derogat infantibus, quamvis ipsæ realitates & τεχνήσια practica in suis adhuc cunis & umbris lateant. Qui mente capti feritate, infania atque barbarie bestiali adolescunt, non minus de perfectione essentiæ rationalis participare creduntur, quam qui ingeniosissimo mentis acumine & rarissima sciendorum & agendorum dexteritate superbiunt. Animam specie eandem quibusvis subjectis & individuis inesse statuimus, defendimus, licet aberrans machinæ dispositio actualem neget & communicatam virtutem & vividam operationem. Porro non tam hic agimus de principio morum practico, sive de universali subjectorum capacitate malum a bono, virtutem a vitio, veritatem ab errore dignoscendi, eligendi debita & averfandi nefas; quam de theoretico & systematico

matico, datur enim ut in aliis disciplinis, sic etiam in ipsa Philosophia practica aliquod theoreticum seu speculativum, juxta quod tractatio virtutum academica erit instituenda. Nec tamde eo quod dignitate objecti primum est, sic enim officia erga Deum, prima sunt: aut ordine institutionis & exercitii primum, nam officia erga parentes sic prima erunt; quam quod ordine deducendi probandique de officiis disciplinam primum est, hac occasione sermocinamur.

Thef. VI.

Qualis tractandi modus conveniat Philosophiæ Morali.

Variæ fuere tum Veteribus, tum Recentioribus Methodi Philosophiæ Moralis explicandæ. Quidam arbitrarias usurparunt & relicto ordine naturæ pro arbitrio institutam, eamque multiplicem, quam passim apud Philosophos veteres imprimis videre licet, quando dogmata, paræneses, characteres, fabulas, ænigmata &c. adhibuere, illisque præcepta morum condiderunt. Quidam

Quidam methodis naturalibus sunt usi, quæ cum duæ potissimum sint, Synthetica nimirum & Analytica; Aliis omnibus rejectis, has Philosophiæ Morali ceu accommodatiores vindicamus. Aristoteles vero in Philosophiæ Moralis foro imprimis usus est Analytica. Agit enim in opere ad Nicomachum, primum de felicitate sive summo bono, quod est finis Ethicæ, siquidem putavit Philosophiam Moralem commode alio modo tractari non posse, quam ut regrediatur a fine ad subjectum, & mox ad media, quorum adminiculo finem propositum consequi liceat, adeoque ab effectu ad causas. Sic etiam Lib. 7. Metaph. docet, artes docendas ex prænotione domus. Nempe si quis velit systema, inquit, Architectonicum, conscribere, is eam tractationem incipit a domo, quæ est hujus artis finis. Postea resolute procedet, & docebit, quomodo in domo locandum sit fundamentum, quomodo parietes disponendi & formandi, quomodo conclavia, cellæ, aliaque extruenda. Nos seposita Aristotelis auctoritate putamus, æque syntheticam huic competere, quod

quod deinceps demonstrabitur, dum primum *ὡς ἐν παρόδῳ* uno atque altero verbulo delibavimus, quid sit methodus Synthetica. Dicitur itaque Synthetica *ἀπὸ τῆ συνδότημι*, unde & Latinis dicitur Methodus compositiva, quia videlicet progreditur a componentibus ad composita, a natura prioribus ad posteriora, a causis ad effectum, adeoque a partibus ad totum. Hanc æque Philosophiæ Morali competere statuimus, quæ ideo recentioribus Doctoribus maxime probata, usurpata ac magis adamata sit, quia in Moralibus non modo ex utilitate & decoro, i. e. convenientia finis & laude mediorum, sed & ex necessitate morali argumentari licet. Qui vero urgent tractationem Philosophiæ Moralis debere incipere a fine, necessum habent hanc regulam pro vera agnoscere; finem rei alicujus philosophice loquendo, non aliunde nisi ex re ipsa cognosci. Itaque cum finis inveniri debeat ex natura subjecti, synthetice procedendum est. Sed si primum volo agere de fine omnino primum ex hypothesis & suppositione explicandus est,

de-

donec subjectum plane cognoverim :
 Sic uti diximus, Libri Nicomachici ab
 Aristotele sunt ordinati : ubi a fine sup-
 posito incipit & in fine demonstrato
 desinit.

Thef. VII.

*An simpliciter synthetice in Philosophia
 Morali procedere possimus.*

UT aliæ leges proprie tales, illos,
 quibus feruntur, vim obligandi
 habent; ita dogmata moralia, natura-
 lia, quatenus per illa agentia rationa-
 lia & libera diriguntur, eadem obli-
 gant; & eo ipso quo proponuntur hæc
 ad justum & rectum obligantia dogma-
 ta, etiam causa moralis prima, unde
 & jus præcipiendi & præceptorum vis
 oritur, erit ponenda; Estque supre-
 mus rerum moderator ac arbiter, qui
 dum decrevit naturam condere huma-
 nam, non potuit non, quin eidem e-
 tiam implantaret principia honesti &
 justii, ad eum modum, quo ipse ab æ-
 terno secundum sanctitatem, bonita-
 tem & justitiam suam genus humanum,
 modo eidem convenienti, gubernare

C

con-

constituit. Quæ dogmata qui superciliose contemnit, promulgatorem mirum in modum offendit, atque reus fit pœnæ ipsi ab æterno statutæ. Dicitur itaque Deum esse causam officiorum moralem primam: Verum & nos in hac tractatione forsan videbimur cuiuspiam Deum causam assignare primam non nisi suppositivè, antequam primo probaverimus atque inquisiverimus ipsius existentiam, quapropter mihi incumbit huic alto me committere, tibi nullis non tempestatibus nec infimi subselli Doctores vexati sunt. Quamquam vero, ingenue fatear, veritatem hujus effati; *Deus est*, ita in hominis mente radiare, ut ulteriori confirmatione ac demonstratione non indigeat, nisi propter eos, qui hanc Dei notitiam naturalem prorsus excussam volunt, tamen ut illorum petulans nequitia confundatur, supremi legislatoris, & Divini Numinis existentiam adferendam esse duco. Primum itaque sciri debet, *Deum esse*, a priori demonstrari non posse: neque enim Deus, cum primum omnium sit & perfectissimum Ens, causam priorem habere potest,

potest, per quam fiat demonstratio ea, quæ syllogismo *dióti* perficitur. Itaque altero modo, syllogismo videlicet *óti* nobis procedendum est, qui ex effectu demonstrat causam, a posteriori videlicet progrediendo ad prius; quam viam, & ipsa rerum natura offert, & revelatio insinit, ubi ex visibilibus creaturis & operibus, quorum præstantissimum est homo, de creatore judicat, & omnes judicare docet. Quamvis vero & corpus uniuscujusque hominis, singulaque ejus membra, ut vel unus oculus, evincere possit, esse opificem aliquem sapientissimum, potentissimum, optimum, qui nullus esse alius potest, nisi is, qui augustissimo, sanctissimoque nomine Dei venit: tamen longe evidentius argumentum de existentia Dei suppeditat hominis animus. *Vultis, inquit Tertullianus in Apolog. cap. 17. ex anime ipsius testimonio comprobemus? qua, licet carcere corporis pressa, licet institutionibus pravis circumscripta, licet libidinibus & concupiscentiis evigorata, licet falsis Diis exancillata; cum tamen resipiscit, ut ex crapula, ut ex somno, sive ut ex aliqua valetudine, & sani-*

tatem suam petit, & Deum nominat solum, qui proprie verus, unus Deus, bonus & magnus, & quod Deus dederit, omnium vox est. Et Augustinus: Deum si quæris, noli foras ire, in te ipsum redi, in interiori homine habitat veritas; illuc ergo tende, unde ipsum lumen rationis accenditur. Itaque ut animo hominis, existentia Dei tanquam character insculpta est, & imago ideæ conditoris sui impressa, quæ homini citra omnem externam testificationem inesse arbitramur; unde solo cultu adveniente, ductu naturæ, sese exerit, de qua Arist. Lib. I. de Cælo Text. 22 loquitur: πάντες γὰρ ἄνθρωποι ἔκωσι περὶ θεῶν ὑπόληψιν: & paulo inferius: ὅτι ὑπερεῖναι νομίζουσι θεός. Ita mens nostra dum ad seipsam actu quodam secundo redit, tanquam in libro invenit; Deus est. Nam dum mens in cogitationes suas earumque originem inquirit, altius seipsam quoque contemplatur & penitius cognoscit, deprehendit se excellentis quidem sed tamen finitæ esse & naturæ & cognitionis, non esse sibi sufficientem ad omnia cognoscenda, atque insuper se non esse a se, nec per se subsistere, deprehendit,

dit, quam arcujs & angustis limitibus & finibus ipsa & cogitationes suæ circumscribantur, limitentur. Porro, apprehendit, ut non est a se, ita nec ad momentum quidem sibi dare posse ut perseveret; ita ex suarum imperfectionum idea invenit ex se ideam entis longe, se perfectioris, & iis omnibus perfectionibus abundantis, quibus ipsa caret, & ad ideam istam attendendo, cognoscit facile, quantis perfectionibus illud ens oporteat esse præditum, in quibus omnes illæ sunt quibus ipsa destituitur. Et sic extra se nec dum egressa mens, a se & ex se, & se reperit & Deum suum. Alia atque plura de hac naturali Dei notitia argumenta qui videre avet, adeat Hærebord passim, præsertim vero in opere ejus Pneumatico lib. I. pag. 959. Meditationem tertiam Cartesii. Assertionem Methodi Cartesianæ Tobiaæ Andreæ. Svaarez Disp. Metaph. 29. de Ente increato: aliosque.

Thef. VIII.

Quodnam sit Primum Officium.

Antiquitas multa & varia de hoc primo officio & præcepto docuerunt, dispu-

disputarunt. Et, procul dubio, ubi viderent communem consensum ex tam diversis sententiis non posse sperari; ad consulendum egressi sunt Oracula gentiliam Apollinis & reliquorum; quæ licet incertis & sapissime cultoribus suis diversa quærentibus, æquivocis responsis illuderent; tamen hoc responso aureo inquisitores, cum de virtute & beatitudine sciscitabantur, (secundum opinionem B. Schefferi in de Philosophia Italica) dimisere: γὰρ θεοσεαυτὸν. Hujus vero ἀποφθεγγματικῆς παρανομίας primum inventorem censet antiquitas fuisse Pythagoram fundatorem Philosophiæ Italicæ; sive jam illud παράδοξον à se ipso fuerit commentus, sive ab oraculis edoctus nihil moramur. Nos interim pro vero statuimus & defendere conamur esse hoc primum præceptum, in quo omnino consistere debet primum nostrum officium, prima cura. Id profecto natura ipsa dicitur, experientiæ etiam infallibili testimonio edocti sumus, nihil posse extus sciri & percipi, nisi illud quod intus est, prius se ipsum intuitiva & re-

& reflexiva meditatione & ruminatio-
 ne sciat & percipiat. Nam proximi
 quia sumus nobis ipsis, objecta autem
 apprehendenda foris adveniunt, & e-
 vocantur e longinquo ad mutuum qua-
 si fœdus paciscendum cum facultate
 intellectiva, Anima vel Conscientia;
 Ergo nullus est ad sapientiam aditus ac
 ne mores quidem componi, vitæque
 regi poterit, absque prævia sui cogni-
 tione: hæc est basis omnis boni, feli-
 citatis, beatitudinis, ἀτυχείας civi-
 lis. Unde de Apolline Pythio refert
 Macrobius super I. Commentar. Cicer.
 ad Somn. Scip. c. 9. Quod quærenti
 cuidam, quando ad felicitatem perven-
 turus esset, respondisset: quam primum
 se nosse cœpisset. Verba ejus sunt:
 Nam & Delphici vox hæc fertur Ora-
 culi, consulenti ad beatitatem quo iti-
 nere perveniret; *Si Te, inquit, agno-
 veris.* Hieroglyphica Ægyptiorum, æ-
 nigmata & scientiarum moralium in-
 geniosa involucra quoque declarant,
 quantum de hoc ipso γυνῶσι σεαυτὸν
 fuerint solliciti. Cum sub effigie Stru-
 thiocameli, in pectore faciem gestan-
 tis humanam, rostroque decurvato, na-
 res

res ejus apprehendentis & comprimētis, hominem virtuosum, prudentem & optime moratum descripserint, quam iconem videre possumus in Creidio super de *Nosse me & Nosse te*. Eja, quid faciat faber vitiata securi; quid atque in Schola & Palæstra beatificæ virtutis proficiet is, cui instrumentum ipsum, oblivione sui inquinatum torpet, & brutali socordia vitiatum est. Principium igitur est se ipsum nosce; cuius finis est beatitudo; nam quanto curiosius & propius in nosmetipsos reflexiva & palindroma meditatione, & retrograda contemplatione ingredimur, tanto magis, naturali quidem cognitione Dei & officiorum perficimur, quod boni naturalis quoddam complementum dici meretur. Hisce adstipulatur & disertus ille Agapetus ad Justinianum c, 3. *Divinum hoc est primum præceptum discimus homines, ut noscat quisque seipsum. Nam qui se novit, Deum cognoscat, qui Deum noverit, Deo assimilabitur.* Quapropter & vocatur merito *πρώτον μαθήμα*, i. e. id quod ante omnia *μαθήματα*, ante omnes alias regulas præceptaque sit tenendum.

Thef.

25

Thes. IX.

Quomodo inveniamus existentiam nostri.

DE officio hactenus primo velut ob-
jecto tractationis. Examinemus
porro ipsum subjectum occupationis &
inhæſionis, in quo hæc operatio exer-
cetur, a quo hoc morale debitum ex-
igitur, scilicet hominem. In hoc duæ
se suggerunt speculationes, de *Existen-*
tia & Essentia. Illa a priori evidenter
probari potest, ex clara idea & distin-
cta perceptione passiva, i. e. quia
habemus nostri claram ideam. Jam u-
ti quidquid clare & distincte concipio,
illud est verum, ita firma ac incon-
cussa est sui cujusque cognitio, ut si vel
de omnibus extra nos positis dubita-
remus, de nostri vera & reali existen-
tia nunquam essemus dubii. Nam ani-
ma nostra eximiam vim reflexionis pos-
sidet, qua ceu in speculo se ipsam &
officia sua intueri poterit, & de natura
sua & genio subtilissime judicare ac
arbitrari. Per multos graduum subor-
dinationes sua exercet ratiocinia, sic

D

ut

ut primo noverit se existere: deinceps
 judicat de ista cogitatione quam or-
 dita est super existentia, & sic con-
 sequenter. Ex posteriori itidem se-
 ipsum existere novit homo, ab ope-
 rationibus imprimis mentis ejusq; per-
 ceptione activa, intellectu, voluntate,
 proæressi vel electione atque averfatio-
 ne, conservatione sui, titillatione, do-
 lore, affectibus, ira, lætitia, tristitia,
 fortitudine, metu, spe, desperatione
 & similibus. Diversissimæ etiam actio-
 nes, functiones, curæ, scientiæ, artes,
 molimina, vastissima & multiplicia stu-
 dia & experientia, satis superque sub-
 jecti existentiam arguunt. Hæc prima
 est meditatio & quæ oritur ex agnitio-
 ne istius τὸ γινώσκει σεαυτὸν.

Thef. X.

Quomodo inveniamus essentiam nostri.

Essentia hominis vel τὸ *Quale essen-*
tiale, intelligi potest a partibus es-
 sentialibus constitutivis. Anima vide-
 licet & Corpore; qua ratione homo
 est

est res cogitans, a spiritu rationali & corpore organico divino opere unita & constructa. Porro hac via innotescit forma, quæ consistit in partium essentialium unione & vinculo artissimo. Rursus a posteriori Essentiam pandunt & evincunt operationes, quæ in triplici sunt differentia; pure mentales, pure mechanicae, & mixtæ ex mentalibus & mechanicis. Actiones quippe quædam sunt immanentes, quæ purissima solius mentis ἐντελεχεία & actu peraguntur, ut religio & cultus divinus & reliquæ spirituales & abstractivæ meditationes, cælorum, æternitatis, & similium. Plurimæ operationes imperio parent corporis, quæ nobis cum bratis communes sunt. Intellectus autem & iudicii applicatio practica ad actiones imperatas, mixtas nobis edit operationes, & ministerio sensuum externorum potissimum peraguntur.

Thef. XI.

Quenam in homine quibus ascendere potest in agnitionem auctoris.

IN natura humana duæ istæ partes, quibus

quibus constat, toto cœlo differunt. Corpus namque vertit pabulum in succum, & succum nutritivum in se recipit. Calor natus & humidum radicale istius Bene valere procurant. Hoc jam oculis conspicitur, manibus palpatur, trina dimensione mensuratur, & ad varios motus determinatur. In anima concipimus duos cogitandi modos, scilicet intellectiois & Volitionis. Hos jam modos non consideramus aliter quam fructus qui sequuntur naturam Essentiæ. Animæ quippe sunt affectiones, & ei inhærent, adeo ut pro multiplici ac diversa ratione cogitationis, nunc iudicium, nunc intellectus, voluntas, appetitus, proæresis, averfatio, memoria, ratiocinatio, &c. nuncupetur. Porro quid Intellectus sit paucis monstrabimus: Est itaq; potentia cognoscens, recordans, iudicans & ratiocinans singularia & universalia, habens insitas notitias nobiscum nascentes, ceu principia scientiarum, meditationum & artium, habens & actum reflexum, quo suas actiones reciproce cernit & iudicat, & errata emendare potest. De facultate autem

Ap

Appetitus rationalis seu voluntatis, nos iudicamus posse illam, propositis antecedenter omnibus ad agendum requisitis agere & actionem suspendere, posse unum aut alterum eiusdem indolis eligere, adeoque libere & sine coactione in naturalibus sese determinare. Quanquam vero adhuc acerrime inter eruditos disceptetur, intellectui magis an voluntati potius hæc libertas competat? Nos tamen posterius defendimus, quod scilicet voluntas seu arbitrium sit tam ratione *ἰσότητος* quam *ἐνεργείας* suarum virium in civilibus liberum. Sed non raro cæca huic facultati in eligendis & appetendis, obvenit, ut erret: sed quoniam objecta sint multiplicia & tantum non incomprehensibilia, difficillima intellectu, multoties malum tam naturale quam morale amplectitur, sed hoc fit apparenter & sub spe, specie & forma boni. Cujus rei exempla sexcenta ministrat experientia. Sunt quidem nobis adminiculo *πρῶται τῆς φύσεως κοινὰ ἔννοιαι*, vel, quod communiter dicitur notitiæ innatæ, quarum ope & virtute, verum a falso, bonum a malo

cona-

conamur quidem discernere, sed propter intellectus angustum iudicium & adultorum depravatam appetitum, item rerum diversissimarum multitudinem & confusionem erramus quam sapissime. Hic autem error, ubi doctrinam morum & exercitia veri sciendi atque boni appetendi recte curantur, magnam partem caveri poterit. Sic humanos affectus demum ratione temperare possumus, licet non profus exuere.

Theſ. XII.

Quenam attributa Divina, quæ imperium Deo in homines aſſerunt.

EX hiſce patet eximium profus eſſe quod naturaliter valet humana natura intra ſphæram ſuæ capacitatis. Abſit tamen ut eam infinitam aut independentem diceremus, ſed ut omnis effectus dependet ab efficiente, ita omnis creatura a creatore, *Et in eſſe*, utpote qui eſt cauſa exemplaris, efficiens, finalis omnium, quæ eſſe ſuum obtinent dependenter a Deo ſive mediate ſive immediate, tum qua ſpeciem, tum qua individua. Hinc eſt, quod increatum

tum dicatur principium rerum creatarum omnium, ratione virtualis continentiae, actualis efficientiae, & finalis concupiscentiae; & in *operari* ceu causa prima partim agente, partim actiones dirigente, a cuius concursu quomodo dependeant omnia, videatur Svaarez Disp. 22. atq; Herebordi integræ quinque disputationes selectæ, de concursu Dei. *Et in cognoscere*, quia nemo potest res humanas intelligere, qui divinas ignoret, quod est effatum cujusdam Indi ad Socratem; unde patet illum, a quo omnia dependent esse omnium optimum & perfectissimum ens; quippe cui reliqua omnia, quidquid sunt & possident, acceptum ferunt. In quam rem eleganter Augustinus l. 7. confess. c. 11. ita eloquitur: *Inspexi, inquit, cetera infra te, & vidi nec omnino esse: nec omnino non esse, esse quidem, quoniam abs te sunt; non esse autem, quoniam id, quod es non sunt.* Cui gemina sunt hæc Senecæ extra revelationem constituti, qui Epist. 53 inquit: *quod eminent & exuperat omnia, hoc Plato ait per excellentiam esse: ut Poëta communiter dicitur: omnibus enim versus facientibus hoc nomen est, sed jam apud Graecos*

cos

cos in unius notam cessit. *Homerum intelligas cum audias Poëtam. Quid ergo hoc est, Deus? scilicet major ac potentior sanctis.* Hic etiam non incommode reliqua Dei attributa ex ratione depromere valemus, utpote sanctitatem, potentiam, bonitatem, providentiam, *Φιλανθρωπίαν* & ex beneficiis merita, benevolentiam &c. Quæ attributa cum a parte rei idem sunt, diversis a nobis exprimuntur nominibus, quorum alia sunt relativa, alia positiva, alia denique negativa, & ad denotandam qualitercunque hanc infinitam essentiam, adhibentur propterea, quod nullum unicum sufficere possit, imo vero ne omnia quidem simul, etsi adhuc plura essent. *Nam adequatum conceptum essentia divinae formare aut verbis adequatis eloqui nunquam nobis licebit, etiamsi omnes omnium mentes una ad investigandum coirent,* ait egregie Basiliius Homil. de vera Fide. Quibus similia sunt quæ ex Averroë, a philosophis præstantissimis citantur; *si omnes nimirum res sublunares calami scriptorii essent, si omnes aquarum omnium gutta atramentum, si cæli omnes essent libri, non posse tamen vel*

uni-

unicam Dei perfectionem describi. ³³ Illud
vero diligenter hic est observandum,
quod perfectiones seu attributa quæ i-
psi attribuimus sunt in nobis conceptus
quidam formalis ex multiplicatione
perfectionum humanarum, earumque
graduum resultans.

Thef. XIII.

Quomodo actuale Dei imperium existat.

Sic igitur ex divina hac actuositate ori-
tum habent res creatæ in existen-
do & inprimis genus humanum & sin-
gula ejus individua, quorum multæ
sunt dotes naturales a Deo primum
concessæ, deinde perfectæ & conser-
vata, unde Deo jus oritur in homines.
Variæ variorum de fundamento juris
Dei reperiuntur apud Doctores Mora-
les sententiæ. Ceterum abeant in di-
versa sententiarum divortia quotquot
velint circa hoc negotium eruditi, to-
ta tamen res illuc redit, primum juris
divini fundamentum esse beneficium
creationis. Nam si quisquam existe-
ret, qui ab hoc jure immunis esset,
E etiam

etiam a participatione beneficii creationis alienus esset necesse est, atque ita sui juris foret, dependeret itaque non a Deo, sed a se ipso; verum cum nihil quidquid sit sit extra Deum, quod non a Deo dependeat, ita non sui juris quidquam est, sed divino subest juri: Quippe homo qui aliquando non erat, ut existeret fecit bonitas, voluntas & & potentia Dei, & ut talem se exhibeat, qualem illum Deus creavit, ejus postulavit justitia. Nam ad quod illum movit sua ipsius bonitas, id ipsum voluit sua liberrima voluntate, & quod voluit, id per potentiam efficere potuit. Et sicut in homine creando voluntas cum bonitate concordabat, ut illum excellenti quadam perfectione conderet, ita etiam eadem voluntas cum justitia divina congruit, ut juxta legem homo perfectionem servaret integram, bonitas autem cum justitia, volunt hominem per observationem legis fieri beatum: unde exitit hoc irrevocabile jus, non debere quicquam admitti ab homine, quod servandum censuit justitia Dei. Ex hoc itaque, quod Deo imperium in homines,

nes, seu jus illos regendi & gubernandi competit, non potuit non quin ei etiam præscriberet certam atque constantem agendi normam, potentias naturales in actum deducendi, ita ut actiones respondeant fini a Deo præstituto, & ad eundem efficaciter determinantur, de qua plura in §. sequenti. Dum jam in pertexendo jure Dei in homines versamur, e re quidem esset extensionem hujus paucis tangere; sunt enim quidam, qui opinantur illud ad inflictionem malorum quorumcunque, ad judicationem infernalium tormentorum & perennium flammarum, nullo antegresso delicto, excurrere: quod Gabriel Vasquez, Svarrez, Lorinus, Guiljelmus Twyffe, Moses Amyraldus aliique defendunt: verum cum obscœna hæc eorum & impia sententia ab Adamo Osiandro in observationibus suis ad libros Grotii de J. B. & P. observatione 16: satis superque sit refutata atque explosa, legitimaque ejus extensio adstructa, eam missam facimus. Hoc tamen adponere non verebimur; quod quamvis & plenum & amplum adeo sit imperium
in

in homines divinum, nunquam tamen a divina sapientia, bonitate, sanctitate & justitia est sejunctum, sed liberrime exiit se secundum illum conceptum Divinæ mentis practicum, juxta quem Deus quadam, suæ sanctitati, justitiæ & bonitati convenienti ratione, res a se conditas gubernare constituit: loquitur Zentgrav. Num existimas, quærit Plato, præstigiatores esse Deum, & tanquam ex insidiis aliàs alia sub specie apparere? & alias quidem multas in formas speciem suam mutare? aliumque effectum? alias autem nos decipere, vanasque de se nobis imagines offerre? vel simplicem potius minimeque omnium sua ex specie discedere: ex illis, qui Deum & bonorum & malorum causam esse garrunt: vid. 2. Repub. fol. 430 seqq.

Thes. XIV.

Imperium Dei in homines explicat sese per leges naturales.

PAUCIS in thesi antecedente inculcavimus Deum supremum Regem, moderatorem sapientissimum optimum,

mum, cum hominem sua bonitate gubernare constituisset, sine lege eundem relinquere non potuisse. Nactus itaque hic est animam juris intelligentem: Gaudet insuper libera agendi facultate, ut secundum leges vivere atque facere sciat, ideoque necessum est ut norma aliqua ipsi sit impressa, secundum quam vivere & actiones suas omnes mensurare debeat. Demonstratur itaque hæc lex, a *Priori*, ab existentia Dei, providentiæque divinæ: a *Posteriori*, Io: Ex dictaminibus conscientia honestorum & turpium, quæ est testis fidei incorruptæ, atque nos vel tantillum dubitare non sinit. Perplurimum Cicero L. I. de legibus p. 164. *Homines agitant, inquit, insectanturque furia, non ardentibus pedis, sicut in fabulis. sed angore conscientie.* Hisce etiam non immerito annectimus, quod de legum timore, olim Johanni suo scripsit Cyrenes Episcopus *Synesius*, quod scilicet sit ἀφοβία μέγιστη τὸ φοβεῖσθαι τὰς νόμους, timoris vacuitas maxima legum timor. Tradit Chrysoströmus de eorum conscientia, qui legem hanc naturæ impressam transgrediuntur ita:

Peccati

Peccati, inquit est natura, ut priusquam perpetratum sit, hominem temulentia afficiat, posteaquam vero expletum & perfectum est, tunc ea voluptas sese proripiat & extingvatur, ac solus jam deinceps stet accusator, nimirum conscientia, carnificis locum obtinente, ac peccatorem lacerante, ab eoque extremas pœnas exigente, ac plumbo quovis gravius ipsi incumbente: atque hæc vis conscientia præcipuus est testis existentia legis naturalis. Secundo vero probatur existentia legis naturalis: Ex consensu omnium gentium; videatur Grotius de J. B. & P. Lib. I. c. 1. §. 12. Pufend. de J. N. & G. L. 2. c. 3, §. 10. 11. Rachelius. in proleg. ad off. Cic. Hæc jam lex, tam firma, tam stabilis est, ut a quoquam deleri, mutari aut dispensari non possit. Quippe quod a natura promanat divina, cui omnium sunt subjecta arbitria, scilicet inferiores & superioris potestati subjecti, jussa ac placita illius rescindere pro lubitu suo nequeunt. Profecto in nullo etiam hominis potestate situm est, naturam ipsam evertere vel transformare. Jura nutu Dei concessa, sempiterna,

terna, mortalis status violare non potest. Confer: Osiander in Grotium, p. 182. & seqq. Neque vult ipse Deus leges naturales plane tollere atque mutare, nam repugnat hoc, aliquid agere proposito sibi sine adversum, dum naturam humanam cum tali conditione condiderit, ut sine lege, salva persistere non possit, eamque tamen subvertere noluerit, ut conservationis indicat eventus. Hæc enim sibi contradicunt: velle naturam conservare & tamen id tollere, sine quo incolumis manere nequit. Non male alii ita hoc exponunt: *Nanente eodem objecto & iisdem circumstantiis non fieri potest: nec auctoritate divina concedi, ut id ab homine citra crimen aliter, vel contra tractetur, quod lex natura exigit.* vid. Zentg. p. 335. Hinc jam patet legem hanc naturalem brutis non competere, nam ut infra facultatem intelligendi & libertatem agendi, ita etiam infra legis sensum & capacitatem sunt plane abjecta: *Capacitas enim juris non est sine capacitate rationis,* inquit Zenigr. p. 7. Quamvis autem actus quidam brutorum externa facie humanis similes sint, tamen

ex

ex instinctu puro naturali proficiscuntur, ipsis cum homine quatenus est animal, communi, a natura concessa ad individui & speciei conservationem, sub respectu alicujus utilis sive jucundi. Qui vero in homine a recta ratione dirigitur & determinatur.

Thef. XV.

Ordo capitum legis naturalis.

VElam jam disquisitionis contracturi, ea quæ fufius ante dicta in compendium mittamus, instituta brevi repetitione, additaque totius rei summa delineatione, ut sciatur & quid & quomodo hic agere voluerimus. Itaque cum in animum induxerimus velut digito monstrare quoddam primum officium ordine deducendi systematico haberi debeat: necessum fuit ut de ordine vario differeremus, & syntheticum philosophiæ vindicatum ad id applicaremus. Ipso etiam opere ostendimus, non licere nobis illo simpliciter uti in deductione officiorum, propterea quod causa officiorum moralis prima non possit a priori demonstrari, sed modo
a po-


à posteriori sive ab effectis; cum autem effectorum non sit aliud aut præstantius, aut nobis propius, quam sumus ipsi, hinc summo studio debemus cognitioni nostri incumbere, ut reliquarum cognitionum origini, ideoque hoc primum caput est. Illud jam addimus, quod hic de homine aut ejus partibus non perfecta tractatio instituat, ea autem alius est disciplinæ, sed tantum per figuram, ut loqui mos est Aristoteli; recte enim Aristoteles Eth: Nic: C. 13: l. 1. p: m. 19. *Perspicuum est, inquit, civilem que ad animam spectant, quodammodo cognoscere oportere: quemadmodum oculum & totum corpus, eum qui curaturus est.* Et paulo post: *contemplandum etiam civili homine de anima est &c.* Imo vero non de animo solo, sed & quodammodo de corpore; quo fiat ut inventa existentia & essentia hominis seu naturæ humanæ, retrocedendo in originem ejus pervenire liceat, quæ, quia non alia est, nisi universi; hinc attributa divina perpendere debemus, ut inveniamus Deum legis latorem. verum adæquatum, summum, quod alterum e-

F rit

rit philosophiæ moralis caput. Ab hoc jam & cum hoc capite incipit tractatio synthetica, quæ ex primo principio non morali modo sed & absolute universali ad principiata descendit: principiatum vero morale primum est lex naturalis, cujus tractationi recte præmittitur doctrina de legibus generalibus, cum nulla lex generalior existat naturali, eoque cum ceteris in multis conveniat; tertium, itaque est caput de lege in genere. Cui succedit quartum de lege naturali in specie, quam cum in suas partes subdividimus habita ratione dignitatis inter objecta officiorum. Religio naturalis constituet nobis caput quintum systematis nostri distinctum à secundo, quod circa sola attributa divina occupabatur, quæ imperium Dei in homines adsertura sunt, ultimam vinculum societatis humanæ firmatura. Caput sextum continebit specialia officia nobis ipsis debita, sed etiam hoc erit distinctum caput a primo, quod generalem modo nostri considerationem inculcabat; debet autem hoc officiorum genus priori loco tractari pro officii

ciis versus alios, quia illa hominum mensura atque norma esse debent: cum capite ergo septimo initiū capiunt officia erga alios, quæ longo sed concinno ordine procedunt, quando prima & generalia suo quoque loco exponuntur, tum ex primis orta atque magis specialia, quæ non vacat nunc recensere, imo ab auctoribus jam ante recensita sunt. Id modo meminisse iuvabit: inter omnia officia erga alios non videri esse prius aut generatius, quam agnitionem communis originis naturæ & juris quæ statum naturalem infert. Atque sic apparet quod sit illud $\gamma\upsilon\omega\delta\iota$ $\sigma\epsilon\alpha\upsilon\tau\omicron\nu$ officium primum, tam à parte ante, quam à parte post, si officium probandi species.

S. D. G.



*Doctrina & moribus
Politissimo juveni*
Dn. PETRO TOUSCHIER
Amico in paucis dilecto
Dissertationem suam eruditam
De
PRIMO OFFICIO
edituro.

D*Escendisse ferunt è caelo γυνῶδι σε-
αῶλον*
*Ut, Touschere, docet docta Mi-
nerva Tua.*
*Scilicet officium non est magis utile quic-
quam,*
Quam dimetiri se pede posse suo.
*Ille equidem, prodesse aliis, aliosque ju-
vare,*
*(Hoc modò qui didicit) nil prius
esse putat.*
*Verus & est fructus, didicisse fideliter
artes*
*Palladis, officium, ceu facis, ut
facias.*

Nic. Forsman,

*Pereximio Præstantissimo
Viro Juveni,*

Dn. PETRO TOUSCHIER.
Confanguineo perdilecto.

I*gnorat nymen, qui se non noverit,
inquis,
Atque aliis quænam sint tribuenda
viris.*

*Estque adeo princeps tibi regula : Γνω-
σι σεαυτὸν.*

*Dignius hoc nullum est officium-
que prius.*

*Adplaudit Pallas, cæptis; capitique co-
rollam*

Musarum nectit turba novena tuo.

fraterno affectu
gratulatur

JONAS TOUSCHIER.

Pereximio atque Doctissimo Juveni
Dn. PETRO TOUSCHIER
Dissertationis hujus Auctori perin-
dustrio, Populari atque Amico suo
honoratissimo.

Φίλτατε ταῦτα γράφων εἶμαι μάλα
ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ

Σῆς σπευδῆς κ' ἀρετῆς τέκμαρ ὄμῃ
Φανεροῖς.

Σπέρχου πόρσιον ὡς ἤρξω. χαρίεσσαν
ἀμοιβὴν

Σὺν Μύσησιν ἀνάξ' δώσει ἀκρο-
κόμης.

Amicitiae causa, ut potuit, gratu-
labundus adplausit

NICOLAUS TORGER
P: Fil.

Politissimo atque Ornatissimo Juveni
Dn. PETRO TOUSCHIER
Amico in paucis dilecto.

O*fficium quod sit primum, perscribis,*
Amice;
Mensuramque facis notitiamque sui.
Omen habes. Suum & officium tibi spondet
Apollo
Musarum plauditque officiosa cohors.

Sic gratulatur
P. Fincke.





m